1516.

Sigismundus I. Rex Poloniæ Cardinalibus

77

Reverendissime in Christo Pater.

Scribimus Sanctissimo Domino Nostro de atroci casu, qui nuper contigit inter fratres Conventuales Divi Francisci in regno Nostro. Nam quidem eorum ferre nolentes ordinem suum in debitam vivendi Normam iri restitutum, fratrem Tantinum Bononiensem hac gratia ad ministeriatum ipsorum promotum, et id sedulo exequi incipientem, crudeliter prius tortum, demum in regi Nostra Civitate, tanquam in specula hominum occiderunt. Quod nefandum facinus, quâ indigno et molesto ferimus animo dici satis non potest, rogamus vestram Reverendissimam Dominationem, ut agat apud ipsum Sanctissimum Dominum Nostrum, quo ejus Sanctitas de puniendis hisce parricidis, qui capti apud Reverendum Dominum Episcopum Cracoviensem asservantur, et alijs in bonum ordinem redigendis ita facere dignetur, prout illi scribimus, nam nequaquam

tam

tam religionis indignitatem, et men:
dicitatis insolentiam, tolerare am:
plius in regno nostro poterimus. Com:
mendamus nos plurimum Vestræ Re:
verendissimæ Dominationi. Quam longe
et felicissime valere cupimus. ~ 1516.